

TRAUTZEL, DANIEL

**Cento virgilianus ad crucem Deihominis
patientis concinnatus ... / a D. Trautzel.**

Holmiæ
1693

EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)*

* Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>




För 1700,
lit. Nylat.

F 1700

2548





4

CENTO VIRGILIANUS

AD

CRUCEM DEI-HOMINIS PATIENTIS

Concinnatus

ANNO

Disticho hoc incluso:

- 1. æn. 45. VnIVs ob noXas * penDebat sangVInepœnas 7. æn. 595
- 2. æn. § 27. VnVs natorVM, * Cara PatrIs SoboLes. 4. Ecl. 49.

a

D. TRAUTZEL.

HOLMIÆ,



Excudit, HENRICUS Kenser/ S. R. M. & Upf: Acad.
Typographus.

1643



N5

Reverendissimo in Christo Patri

ac DOMINO

Dn. ERICO BENZELIO
S.S. Th: Doctori & Diœceseos Stregnensis

Episcopo longe celeberrimo, Consistorii ejusdem
Præsidi gravissimo, Gymnasij, quod ibidem est,
Directori dexterrimo, Mæcenati omni
obsequii veneratione prosequendo;

Nec non

Amplissimo æque ac Clarissimo

DOMINO

D. JOHANNI WILHELMO STHAM
Confuli Regio Nycop. laude dignissimo

Patrono omni honoris cultu suspiciendo

CENTONEM hunc

In obstrictæ mentis munus

submissee offert

D. T.

Reverendissime Episcopo.

Amplissime Consul,

*L*ata fovet gelidas cæli indulgentia terras,
*P*urpurei veris tempora nunc redeunt.
*P*rotrudit frondes & gemmas florida tellus,
*M*ollibus in pratis gramina proveniunt.
*F*lagrantes adeunt flores, & suavibus herbis,
*C*ecropioque thymo nunc saturantur apes,
*A*erii mellis cælestia dona legentes
*P*er varios saltus è foliis cytisi,
*S*erpullæque, rosæ, thymbræq; crociq; rubētis,
*E*xcudunt ceras, Dædala tecta struunt.
*H*orū imitor genium, campos hortosque Ma-
ronis
*A*ltisoni, balantes floribus, ingrediens.
*N*on ego odorati tepidique rosaria Pæsti

In

*In via defloro; non ego amella legi,
Lilia nec violas, ferrugineosque hyacinthos,
Narcissique comas, alba ligustra, fero;
Pieridum sed quod potui colocasia pango,
Facta Deique hominis carmine cū mediter.
Cantari ipse fuit dignus qui sanguine pœnas
Perpeffus duras, idque vice alterius.
Tu sacer Antistes, sidus fulgensque piorum
Cœtus, clara Domus lux columenq; Dei;
Tu Themidis Præsul, quo non præstâtior alter,
Musa qui nostræ es maxima pars merito;
Vos precor has humiles facili nunc fronte my-
ricas,
Deque novo exortas, aspiciite ô Domini,
Non tunc pœniteat calamo trivisse labellum,
Munera quin mentis plura Thalia dabit.*

11. æn. 325. Ac prior: Heus, inquit, juvenes, * quos forte suprema
Delegi comites, * natos melioribus annis, 5. æn. 190.
6. æn. 649.
8. æn. 172. Interea sacra hæc * multis dilecta per annos, 9. æn. 85.
8. æn. 173. Annua, quæ differre nefas, * celebrate faventes, 1. æn. 739.
8. æn. 443. Præcipitate moras. Nec plura effatus: at illi
7. Ecl. 4. Ambo florentes * que pares ætate ministri 1. æn. 709.
4. æn. 295. Imperio læti parent, ac jussa faceffunt,
11. æn. 422. Corripuere viam * que ferant mandata parentis, 10. æn. 840
3. æn. 236. Haud secus, ac jussi, faciunt, * de more vetusto, 11. æn. 142
2. æn. 512. Ædibus in mediis * læti convivium curant, 1. Geo. 301
5. æn. 103. Subjiciunt verubus prunas, * flammisque ministrat, 1. æn. 217.
1. Ge. 341. Tunc Agnum pingvem, * Baccheia dona tulerunt. 2. Ge. 454.
8. æn. 280. Devexo interea proprior fit vesper Olympo,
2. æn. 299. Et magis atque magis * montes umbrantur opaci, 3. æn. 508.
1. æn. 369. Devenere locum, * rebus jam rite paratis, 4. æn. 555.
2. æn. 478. Succedunt tecto * per limina læta frequentes. 1. æn. 711.
12. æn. 899 Vix illud lecti bis sex: cervice subirent,
1. æn. 712. Convenere, toris jussi discumbere pictis,
7. æn. 109. Instituunque dapes, * Cererem Bacchumq; ministrat, 8. æn. 181.
8. æn. 180. Viscera tosta ferunt, * epulanda apponere mensis. 4. æn. 602.
1. æn. 218. Tum victu revocant vires, * & corpora curant: 8. æn. 607.
12. æn. 259 Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petivi
8. æn. 186. Has ex more dapes, * epulasque ante ora paratas 6. æn. 604.
8. æn. 174. Vobiscum, & jam nunc sociorum avescere mensis.
1. æn. 220. Postquã exempta fames, * & amor compressus edēdi, 8. æn. 184.
8. æn. 283. Instaurant epulas, & mensæ grata secundæ
Dona ferunt, * dederat monimentū & pignus amoris. 5. æn. 538.
6. æn. 526. Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
7. æn. 113. Exiguam in cererem * magno se corpore miscet, 6. æn. 727.
8. æn. 21. In partesque rapit, * socios partitur in omnes, 1. æn. 198.
5. æn. 98. Vinaque fundebat pateris, * mirabile donum 1. æn. 656.
5. æn. 201. Attulit ipse viris * cunctis ex more vocatis; 5. æn. 244.
4. Ge. 172. Accipiunt redduntque aliis: sic deinde loqvutus: 5. æn. 14.
2. æn. 65. Accipe nunc * venio moriturus, & hæc tibi porto 10. æn. 881.
- Dona prius; Dixit: * munus morientis habeto; 8. Ecl. 60.
5. æn. 846. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo,

8. æn. 667. Tartareas etiam sedes, * sacraria Ditis 12. æn. 199
1. æn. 268. Contundam, * generis lapsi sarcire ruinas, 4. Ge. 249.
12. æn. 439. Sis memor, & * meriti tanti non immemor unquã. 9. æn. 256.
10. æn. 680. Hæc memorans, animo * contraria fata rependit, 1. æn. 243.
5. æn. 701. Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat versans, * nunc huc, nunc fluctuat illuc, 10. æn. 680.
10. æn. 890. Multa movens animo, * premit altum corde dolorẽ, 1. æn. 213.
2. Ge. 429. Nec minus * ancipiti mentem formidine pressus, 3. æn. 47.
2. æn. 369. Luctus ubique, pavor, * gelidusque per ima cucurrit 12. æn. 447.
- Ossa tremor, * primum sævus circumstetit horror ; 2. æn. 559.
6. æn. 122. Itque reditque viam; * fessos sopor irrigat artus, 3. æn. 511.
3. æn. 592. Procedit, supplexque manus * cum voce tetendit, 2. æn. 688.
4. æn. 690. Ter sese attollens, * projectus corpore terræ, 11. æn. 87.
1. æn. 97. Ingemit, & supera aspectans convexa precatur 10. æn. 251.
12. æn. 220. suppliciter, * talesque effudit pectore questus : 5. æn. 780.
2. æn. 707. Ergo age, chare Pater, * tanton' me crimine dignũ
Duxisti ? * tantæ ne animis cælestibus iræ ? 10. æn. 668.
10. Ecl. 61. Aut Deus * irarumque omnes effundis habenas ? 12. æn. 499.
10. æn. 461. Te precor, * omnipotens, precibus si flecteris ullis, 2. æn. 689.
7. æn. 454. Respice ad hæc : adsum, * propius res aspice nostras, 1. æn. 530.
10. æn. 532. Gnato parce, * sine hanc animam, & miserere precãtis ; 10. æn. 598.
2. æn. 717. Tu genitor, * quo non superat mihi carior alter, 12. æn. 639.
1. æn. 254. Nos tua progenies, * oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis ; 2. æn. 143.
8. æn. 385. Aspice qui coeant populi ; * melioribus opto
Auspiciis, * teque aspectu ne subtrahe nostro ; 3. æn. 498.
1. æn. 285. Consilia in melius * tua, qui potes, orsa reflecte, 6. æn. 465.
10. æn. 35. Flectere iussa potes, * si fert ita corde voluntas. 10. æn. 632.
6. æn. 365. Eripe me his, invicte, malis, aut * eripe letho ; 6. æn. 675.
12. æn. 938. Ulterius ne tende odiis, * irasque remitte, 5. æn. 690.
4. æn. 319. Oro, (si quis adhuc precibus locus,) exue mentem ; 4. Ge. 536.
2. æn. 690. Aspice nos, hoc tantum : * instantibus eripe fatis ; 10. æn. 624.
12. æn. 644. Perpetiar ? * neu præceptis parere recuso, 2. æn. 607.
10. æn. 791. Hunc mortis duræ casum * nec deprecor, inquit. 12. æn. 931.
4. æn. 553. Tantos ille suo rumpebat pectore questus, 2. æn. 803.
10. æn. 448. Talibus & dictis, * nec spes opis ulla dabatur.

- 4.æn. 449. Mens immota manet, * nec quid speraret habebat: 2. Ecl. 2.
- 7.æn. 558. Haud Pater ipse velit, summi regnator Olympi,
4.æn. 440. Fata obstant. * Atro liquntur sanguine guttæ,
3.æn. 28.
3.æn. 29. Et terram tabo maculant, * fluit undique rivis, 5.æn, 200.
- 3.æn. 175. Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
3. Ge. 235. Post, ubi collectum robur, viresque receptæ,
4. Ge. 418. Atque habilis membris venit vigor * undique totis, 1. Ecl. 11.
- 4.æn. 239. Imperio * ille Patris magni parere parabat; 4.æn. 238.
- 10.æn. 831. Cunctantes socios * & corda oblita laborum 9.æn. 225.
- 4.æn. 572. Corripit è somnoque * manu simul arripit ipsos: 9.æn. 561.
- 9.æn. 221. Acceleremus, ait, vigiles simul excitat illos,
2.æn. 373. Festinate viri, nam quæ tam fera moratur
Segnities ? * quæ tanta animis ignavia venit ? 11.æn. 733
3. Ge. 43. Rumpe moras, * potes hoc sub casu ducere somnos? 4.æn. 560.
- 3.æn. 261. Sed votis precibusq; (* iterumq; iterumq; monebat,) 3.æn. 436.
- 11.æn. 414. Oremus, * quoniam superis averfa voluntas. 12.æn. 647
- 2.æn. 701. Jam jam nulla mora est, * mihi iussa capescere fas est. 1.æn. 81.
1. Ge. 353. Ipse Pater statuit, * nihil illi tendere contra, 9.æn. 377.
- Ciris 539. Ecce inimicus atrox, * & vis inimica propinquat, 12.æn. 150.
- 3.æn. 407. Hostilis facies occurrit * lumine torvo, 3.æn. 677.
- 9.æn. 131. Nec spes ulla fugæ, * nulla hinc exire potestas; 9.æn. 739.
- 7.æn. 130. Quare agite & * Divum ducunt quo iussa sequamur; 3.æn. 114.
- 10.æn. 113. Fata viam invenient; * nil me fatalia terrent; 9.æn. 133.
- 3.æn. 710. Quicquid erit, *superanda omnis fortuna ferendo est*;
- 2.æn. 709. Quo res cunque cadent, * miseros meliora sequentur. 12.æn. 153.
- 3.æn. 655. Vix ea fatus erat, * circum hos utrinque phalāges 12.æn. 662.
4. Ge. 216. Circumstant fremitu denso, * sudibusque præustis, 7.æn. 524.
- 12.æn. 124. Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet, * densisque virūm seges horruit hastis. 2. Ge. 142.
- 6.æn. 624. Ausi omnes immane nefas, * loca milite complent, 2.æn. 497
- 7.æn. 524. Stipitibus duris, * crebrisque bipennibus instant, 2.æn. 627.
- 5.æn. 558. Pars leves humero pharetras, * nunc spicula vertunt, 5.æn. 586.
- 7.æn. 665. Et tereti pugnant, * hic torre armatus obusto, 7.æn. 506.
- 7.æn. 554. Quæ fors prima dedit. * *furor arma ministrat.* 1.æn. 154
- 4.æn. 581. Idem omnes simul ardor habet, * quo protinus omnes 7.æn. 514.
- 9.æn. 676. Freti armis, * vincloꝝ immensa volumina versant. 5.æn. 408.

Ipse

1. Ge. 353. Ipse Pater,*quos ille omnes longo ordine cernens
10.æn. 770 Obvius ire parat, * nec se celare tenebris
Amplius aut tantum potuit, * seque obtulit ultro,
12.æn. 213. Conspectu in medio: * Quo vincula nectitis? inquit,
10.æn. 672. Quid manus illa virum? * Coram quæ quæritis? adfū.
6.æn. 490. Ut videre virum, * versi retroque ruentes
6.æn. 491. Ingenti trepidare metu, * se credere pugna
10.æn. 715. Non ulli est animus, * nec quisquam ex agmine tãto,
Audet adire virum,*ima petunt,Campoq;recumbūt.
1.æn. 64. SedPater omnipotens,*rerum cui summa potestas
8.æn. 627. Haud vatum ignarus, venturique inscius ævi,
9.æn. 127. Ultro animos tollit dictis; * iterumque vocavit:
8.æn. 169. Ergo & quem petitis, * sequor,& qua ducitis,adsum.
6.æn. 330. Tum demum admissi,*ante alios immanior omnes
8. Ecl. 50. Improbus ille puer,*mensæque assvetus herili,
1.æn. 356. Multa malus simulans, * atque auri cæcus amore,
10.æn. 203. Ipse caput * dirumque nefas in pectore versat.
6.æn. 684. Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit,
9.æn. 734. Agnosceit faciem, *(namque is certissimus auctor.)
4.æn. 136. Tandem progreditur, * magna comitante caterva,
1.æn. 260. Oscula libavit, * dictisque ita fatur amicis:
5.æn. 80. Salve, sancte Parens, * nobis Deus ille Magister.
Ciris 263. (In quo falsa tamen latuit pietatis imago.)
9. Ecl. 17. Heu,cadit in quæquã tantū scelus!*Heu,quib; ille
Iactatus fatis! * quæ mentem infania mutat?
4.æn. 283. Heu, quid agis? duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres?
2.æn. 776. Quid tantum in sano * juvat indulgere labori?
11.æn. 704. Consilio versare dolos? * quo turbine adactus?
4.æn. 305. Dissimulare etiam sperasti, perfide tantum
Possè nefas? * cui te exitio fortuna reservat?
4.æn. 373. Nusquam tuta fides, ejeçta, * amor urget habendi;
3. Ge. 55. Ecce autem, * quid non mortalia pectora cogit
3.æn. 57. Auri sacra fames, * & in exsaturabile pectus?
9.æn. 374. Prodidit * hic auro patriam Dominumque potentem,
3.æn. 628. Haud impune quidem, docuit post exitus ingens,

6.æn. 482.

9.æn. 425.

8.æn. 611.

6. Ecl. 25.

1.æn. 599.

10.æn. 573.

5.æn. 383.

5.æn. 378.

1. Ge. 401.

10.æn. 100.

2.æn. 770.

2.æn. 701.

1.æn. 351.

7.æn. 490.

1.æn. 353.

4.æn. 563.

1. Ge. 432.

2.æn. 370.

2.æn. 147.

5.æn. 395.

4.æn. 13.

12.æn. 37.

4.æn. 366.

6.æn. 135.

12.æn. 320.

5.æn. 625.

4. Ge. 177.

4.æn. 412.

5.æn. 781.

6.æn. 621.

5.æn. 523.

3. Ge. 511. Mox erat hoc ipsi exitio, * (miseretque pudetque,) 9. æn. 787.
12. æn. 512. Suspendit caput, & * nigra formidine lucum 4. Ge. 468.
- Ingressus, * stygioque caput damnaverat orco, 4. æn. 699.
12. æn. 716. Cum * tristes sine sole domos, loca turbida, adiret. 6. æn. 534.
3. Ge. 110. Nec mora, nec requies * propius jã urgente caterva, 11. æn. 564.
2. æn. 414. Undique collecti invadunt, certare parati ; 5. æn. 108.
12. æn. 278. Pars gladios stringunt manibus : pars missile ferrum 10. æn. 578.
- Corripiunt, cæcique ruunt, * fervore furentes,
10. æn. 259. Atque animos aptent armis, pugnaeque parent se, 5. æn. 147.
7. æn. 165. Spicula contorquent, * pronique in verbera pendent,
1. æn. 95. Præsentemque viris intentant omnia mortem.
8. æn. 179. Tum lecti juvenes, * (non illis omnibus arma,) 7. æn. 685.
12. æn. 790. Adstant contra, * focii tunc arma capeffunt, 3. æn. 234.
11. æn. 673. Præcipientes pariterque ruunt, * via facta per hostes, 9. æn. 356.
5. æn. 429. Immiscentque manus manibus, * miscentur in unū, 12. æn. 714.
3. æn. 237. Disponunt enses, * de vita & sanguine certant. 12. æn. 765.
5. æn. 833. Princeps ante omnes * & se collegit in arma, 12. æn. 491.
6. æn. 184. Hortatur socios, * fidoque accingitur ense ; 7. æn. 640.
7. æn. 647. Primus init bellum, * sequitur tum cætera pubes, 7. æn. 614.
12. æn. 789. Hic gladio fidens * campo sese ardius infert, 9. æn. 53.
12. æn. 227. In medias dat sese acies * per tela per hostes, 2. æn. 388.
2. æn. 494. Fit via vi : rumpens aditus, * non immemor artis, 4. Ge. 440.
11. æn. 750. Sustinet à jugulo dextram, & vim viribus * infert. 2. Ge. 145.
12. æn. 743. Et nunc huc, inde huc, * trepidanti fervidus instat, 10. æn. 788.
10. æn. 475. Vaginaque cava fulgentem diripit ensen,
6. æn. 251. Ense ferit, * strictamque aciem venientibus offert, 6. æn. 291.
12. æn. 490. Horum unum certo contorquens dirigit ictum,
9. æn. 769. Vibranti gladioque * arrectasque impulit aures. 12. æn. 618.
10. æn. 100. Tum Pater * aggreditur dictis, atq; increpat ultro : 6. æn. 387.
1. æn. 373. Sed vos qui tandem ? * quo nunc quo tenditis ? inquit, 5. æn. 670.
1. æn. 543. Quod genus hoc ? * (miratus enim motusq; tumultu) 6. æn. 317.
5. æn. 670. Quis furor iste novus ? * geritis tela irrita dextris ? 11. æn. 735.
6. æn. 560. Quæ scelerum facies ? * aut cur hæc vulnera cerno ? 2. æn. 286.
12. æn. 313. Quo ruitis ? quæve ista repens discordia surgit ?
11. æn. 735. Quo ferrum ? * tantas audetis tollere moles ? 1. æn. 138.
1. Ge. 104. Quid dicam ? * Quæ causa fuit confurgere in arma ? 10. æn. 90.
11. æn. 305. Bellum importunum ! * cædisque insana cupido ! 9. æn. 760.

12. æn. 314 **O** cohibete iras! * mihi jus concurrere soli,
 11. æn. 399. *Nulla salus bello,* * nec habet victoria laudem;
 4. æn. 592. **Non** arma expediunt, * animis certatis iniquis;
 6. æn. 37. **Non** hæc ista sibi tempus spectacula poscit,
 2. æn. 521. **Non** tali auxilio, nec defensoribus istis
 Tempus eget: non, si ipse meus * Pater ipse colendus
 12. æn. 910 **Vellet,** * coelicolas omneis supera alta tenentes
 8. æn. 472. **Nobis** ad belli auxilium * cœlestibus armis
 3. Ecl. 97. **Ipse** ubi tempus erit, * victis non redderet ille?
 4. Ge. 548. **Haud** mora continuo * medicatur cuspidis ictum,
 10. æn. 673. **Quemq;** (nefas) omnes infanda in morte relinqvūt.
 4. Ge. 188 **Verum** ubi ductores * manibus vinclisque tenebāt
 1. æn. 14. **Insignem** pietate virum, Dominumque potentem,
 9. æn. 398. **Oppressum** rapiunt, * & centum vincētus ahenis
 1. æn. 300. **Post** tergum nodis, * ferro, & compagibus arctis,
 7. æn. 793. **In** sequitur nimbus peditum, * genitoris ad urbem
 3. æn. 58. **Delectos** populi ad proceres, * ad limina ducunt.
 8. æn. 281. **Jamque** sacerdotes * totaque ex urbe ruentes,
 6. æn. 664. **Quique** sui memores alios fecere merendo,
 5. æn. 302. **Multi** præterea, quos fama obscura recondit,
 1. æn. 518. **Lætitiâ** metuque avidi, * spolioque superbi,
 9. æn. 720. **Undique** conveniunt, * subter fastigia tecti,
 1. Ge. 412. **Nescio** qua præter solitum dulcedine læti.
 6. æn. 433. **Consiliumque** vocat * magnum, primosque suorum
 Imperio accitos, * longa cum veste sacerdos,
 10. æn. 539. **Totus** collucens, * circumdatur infula vitta,
 7. æn. 739. **Quique** * fovet fufus propexam in pectore barbam,
 8. Ecl. 34. **Hirsutumque** supercilium, * viridisque senectus,
 6. æn. 300. **Canicies** inculta jacet, * cui summa potestas,
 1. æn. 233. **Alloquitur** * senior, tunicaque inducitur artus,
 4. æn. 197. **Incenditque** animos * dictis, atque aggerat iras,
 12. æn. 692. **Significatque** manu, & magno simul incipit ore:
 3. æn. 103. **Audite,** ô Proceres, * atque hæc mea figite dicta:
 10. æn. 279. **Quod** votis optastis, adest, * quod sæpe petistis,
 11. æn. 311. **Ante** oculos, interque manus, * juvenisque Magister
 11. æn. 340 **Seditione** potens, * caput horum & causa malorum,

12. æn. 315.

2. æn. 584.

10. æn. 7.

1. Geo. 124

6. æn. 788.

12. æn. 167.

3. Ecl. 21.

7. æn. 756.

4. Ge. 409

3. æn. 438.

1. æn. 299.

1. æn. 297.

1. æn. 681.

10. æn. 117.

4. æn. 401.

2. æn. 504.

8. æn. 366.

11. æn. 234

6. æn. 645.

3. Ge. 487.

10. æn. 838.

6. æn. 304.

10. æn. 100

8. æn. 457.

11. æn. 343.

3. æn. 250.

12. æn. 259.

3. Ge. 118.

11. æn. 361.

Con.

11. æn. 335. Consulite in medium, & rebus succurrite fessis,
 11. æn. 345. Quid fortuna ferat populi, * qui casus agat res, 9. æn. 723.
 11. æn. 315. Expediam, & paucis, (animos adhibete,) docebo:
 12. æn. 572. Hoc caput, o cives, * nostra cadet hostia dextrâ, 1. æn. 338.
 5. æn. 815. Unus pro multisq; * pio det sanguine pœnas. 10. æn. 617
 2. æn. 130. Assensere omnes. * Sermo novus errat in ore, Cir. 357.
 8. æn. 312. Exquiratque, auditque virum, * causasque requirit, 6. æn. 710.
 10. æn. 150. Quidve petat, quidve ipse ferat, * quo sanguine cretus, 2. æn. 74.
 8. æn. 114. Quod genus? unde? * & quæ sit rebus causa novâdis: 4. æn. 290.
 1. Ge. 29. An Deus immensus, * torquet qui sidera Mundi? 9. æn. 93.
 4. Ecl. 49. Clara Dei sobolesque * genus qui ducit Olympo, 6. æn. 834.
 6. æn. 790. Progenies, magnum * quæ viribus occupat orbem? 7. æn. 258.
 1. æn. 234. Æternis regis imperiis, * cœlumque fatigas? 1. æn. 284.
 8. æn. 37. Qui revehis * requiem pugnae rebusque salutem? 12. æn. 241.
 2. æn. 141. Quod te per superos, & conscia numina veri
 12. æn. 816. Adjuro, * tandem & propius tua numina firmes. 8. æn. 78.
 1. æn. 98. Talia voce refert, * coram data copia fandi: 1. æn. 524.
 5. æn. 236. Vobis, * (fabor enim: quando hæc te cura remordet, 1. æn. 265.
 6. æn. 813. Missus in imperium, * Deus æthere missus ab alto, 4. æn. 574.
 4. Ge. 253. Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis.
 12. æn. 29. Victus amore tui, * promissi muneris Heros, 8. æn. 464.
 8. æn. 464. Sermonum memor & * fortem miseratus iniquam, 12. æn. 243.
 12. æn. 230. Objectare animamque, * salus morientibus una, 3. Ge. 510.
 3. æn. 661. Solamenque mali, * duri solatia casus; 6. æn. 377.
 12. æn. 190. Nec mihi regna peto, * nec sic ad prælia veni, 10. æn. 901
 11. æn. 112. Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent.
 11. æn. 251. Auditis ille hisce, * manu discindit amictus, 12. æn. 602.
 6. æn. 49. Et rabie * varioque irarum fluctuat æstu, 4. æn. 564.
 8. æn. 230. Dentibus infrendens. * certant illudere capto, 2. æn. 64.
 10. æn. 355. Nunc hi, nunc illi, * dextra lævaque frequentes 6. æn. 485.
 5. æn. 435. Dant sonitus, * interque manus, & brachia versant. 8. æn. 619.
 10. æn. 695. Vim cunctam, atque minas perfert * Pater atque ho- 1. æn. 69.
 minum Rex.
 5. æn. 822. Tum variæ comitum facies; * commitatur euntē
 12. æn. 461. Primus in adversos telum qui torserat hostes, 6. æn. 865.
 6. æn. 159. It comes, & paribus curis vestigia figit.

8. æn. 287. Hic juvenumque chorum * fatis ingressus iniquis, 3. æn. 17.
9. æn. 315. Castra inimica petit, * foribus sese intulit altis, 11. æn. 36.
4. æn. 142. Infert se socium, * medios delapsus in hostes, 2. æn. 377.
10. Æn. 721. Hunc ubi miscentem * fidusque ad limina custos 9. æn. 648.
1. Ecl. 30. Respexit, * super hæc inimico pectore fatur: 11. æn. 687.
4. æn. 10. Quis novus hic nostris successit sedibus hospes!
3. æn. 338. Aut quis te, * juvenum confidentissime, nostras 4. Ge. 445.
Jussit adire domos? * nostras ne evadere, demens, 2. æn. 560
Sperasti te posse manus? * sententia constat, 5. æn. 748.
9. æn. 275. Te vero, * invisum quem tu tibi fingis & esse, 11. æn. 364.
12. æn. 638. Vidi oculos ante ipsa meos, * vultumq; recordor; 8. æn. 156.
3. Ecl. 17. Non ego te vidi, * ductor fortissime belli, 10. æn. 185.
2. æn. 502. Sanguine foedantem, * venientem cuspide longa. 12. æn. 510.
2. æn. 91. (Haud ignota loquor) * teque hæc in bella dedisti; 12. æn. 633.
4. æn. 96. Nec me adeo fallit, veritum * nam sæpe videmus 1. Ge. 451.
Ipsius in vultu varios errare colores.
11. æn. 34. Circum omnes, famulumque manus * se scire
fatentur. 11. æn. 344.
3. æn. 612. Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur: 2. æn. 76.
10. æn. 909. Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
2. æn. 80. Fingis, vanum etiam mendacemque improba fingis:
9. æn. 300. Per caput hoc juro, * terram, mare, sidera juro, 12. æn. 197.
3. æn. 600. Per superos, * coelum hoc & sidera conscia testor, 9. æn. 429.
11. æn. 444. Morte luã, * omnipotens adigat me fulmine ad ūbras, 4. æn. 25.
12. æn. 935. Et * mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, 4. æn. 24.
4. æn. 109. Si modo, quod memoras factum *, conspeximus ipsū. 9. æn. 237.
8. æn. 359. Talibus inter se dictis, * ruit Oceano nox, 2. æn. 250.
Mor. 2. Excubitorque diem cantu * ter voce vocavit. 6. æn. 506.
12. æn. 553. Nec mora, nec requies, * oculis pater aspicit æquis 54. æn. 372.
9. æn. 621. Talia jactantem dictis, * & dira frementem. 10. æn. 572.
11. æn. 903. Vix è conspectu exierat, * mentemque recepit 10. æn. 899.
8. æn. 464. Sermorum memor, & * cari præcepta parentis, 5. æn. 747.
4. Ge. 320. Multa querens * largoque humectat flumine vultū, 1. æn. 469.
2. Ge. 451. Nec non * ingentes gemitus dat pectore ab imo. 1. æn. 489.
8. Ecl. 14. Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra,
æ. æn. 170. Et lux cum primum terris se crastina reddit,

7. æn. 582. Undique collecti cœeunt * Populusque Patresque, 9. æn. 192.
 9. æn. 502. Corripiunt, interque manus * rapiuntque ruuntque 4. æn. 581.
 8. æn. 75. Illum è concilio * atque ipsa ad prætoria densi 4. Ge. 75.
 2. Ge. 11. Sponte sua veniunt, * magna stipante caterva 4. æn. 136.
 6. æn. 47. Ante fores subito, * poenas cum sanguine poscunt. 2. æn. 72.
 9. æn. 464. Quisque suas varias acuunt * stridoribus iras : 12. æn. 590.
 11. æn. 408. Nunquã animam talẽ, * crimenque caputq; malorũ, 12. æn. 600.
 6. æn. 814. Otia qui rumpit, * paterentur, ducere vitam. 4. æn. 340.
 6. æn. 791. Hic vir, hic est * tantumq; bonis communibus obstat, 11. æn. 435.
 1. æn. 312. Qui * miseros toties in aperta pericula cives, 4. æn. 360.
 4. Ge. 551. Ducit, * qua rerum jaceant perculsa ruina. 11. æn. 310.
 2. æn. 768. Ausus quin etiam * sacrata resolvere jura, 2. æn. 157.
 7. æn. 281. Semine ab ætherio * Regem se dicere posci ; 8. æn. 12.
 12. æn. 655. Dejecturum arces * solido de marmore templa 6. æn. 69.
 2. Ge. 29. Haud dubitat, * Rerum Dominis gentique togatæ 1. æn. 286.
 1. Ge. 374. Obsuit * his cœptis, quem si fortuna sequatur, 8. æn. 15.
 3. Ge. 469. Dira per in cautum serpunt contagia vulgus.
 7. æn. 454. Respice ad hæc, * (*Alitur vitium, vivitque tegendo*) 3. Ge. 454.
 8. æn. 149. Et * populum antiqua sub Relligione tuere. 2. æn. 188.
 12. æn. 59. Te penes * Imperium populi, Romane, memento, 6. æn. 852.
 2. Ecl. 27. Judice te, scelerum poenas expendimus omnes, 11. æn. 258.
 4. Ge. 90. Dede neci. * Magno circum clamore fremebant, 6. æn. 175.
 7. æn. 183. Multis præterea * verbis odia aspera movit, 2. æn. 96.
 12. æn. 590. Discurret, * sævitque animis ignobile vulgus. 1. æn. 153.
 5. æn. 719. Talibus incensus dictis, * Regumque parentem 6. æn. 765.
 7. æn. 814. Attonitis inhians animis, * in tecta vocavit, 7. æn. 193.
 8. æn. 312. Exquiratque, auditque virũm monumenta * Latinus, 11. æn. 469.
 11. æn. 240. Quæ referant, fari jubet, & responsa reposcit:
 5. æn. 801. Unde genus ducis ? * fari quo sanguine cretus? 3. æn. 608.
 12. æn. 796. Quid struis ? aut qua spe * hic inimica ingente moraris 4. æn. 235.
 6. æn. 363. Quod te per Coeli jucundum lumen & auras
 Per Genitorem oro, * quæ sit sententia posco. 3. æn. 59.
 10. æn. 621. Cui Rex ætherei breviter sic fatur Olympi :
 6. æn. 848. Crede equidem, * (nec vana fides,) genus esse deorũ, 4. æn. 12.
 4. æn. 341. Auspiciis & sponte mea * hæc in fœdera veni ; 4. æn. 339.
 4. æn. 639. Perficere est animus * quæ rite incepta paravi, 4. æn. 638.

Hic

11. æn. 739 Hic amor, hoc studium, * generis qui sanguine nostri
 Nomen in astra feramque : * Dei certissima proles,
 10. æn. 848 Quem genuit : * rebusque veni non asper egenis,
 11. æn. 113 Nec bellum cum gente gero : Rex nostra reliqui
 Hospitia, & * fatis nunquam concessa moveri. 3. æn. 700.
 7. æn. 467. Ergo iter ad Regem, * Populos in pace regentem 8. æn. 325.
 11. æn. 60. Imperat, & toto lectos ex agmine mittit,
 2. Ecl. 35. Hæc eadem ut sciret. * Jussi rapidisque feruntur 7. æn. 156.
 Passibus, * innumeræ gentes populique volabant. 6. æn. 706.
 Ut ventum ad sedes, * sic regia tecta subibat; 7. æn. 668.
 8. æn. 362. Cui subito assurgens, * medio inflagante tumultu, 11. æn. 225.
 1. æn. 539. Accepit venientem, * intorsit lumine glauco 4. Ge. 451.
 9. æn. 817. Ardenteis oculos; * Quærentem vana moratur. 2. æn. 287.
 4. Ge. 451. Ille quidē hoc sperans, * veniat quo se quoq; gaudet, 3. Ecl. 88.
 10. æn. 385. Sollicitat, * gaudetque tuens ante ora frementes, 12. æn. 82.
 12. æn. 404. Intenti exspectant signum; * frustratur hiantes. 6. æn. 473.
 5. æn. 137. Conticuit * tenet ora, soloque immobilis hæret. 7. æn. 250.
 3. æn. 718. Post hinc digressus, * tunicaque inducitur artus, 8. æn. 457.
 3. Ge. 300. Incedunt : ipse * ante alios pulcherrimus omnes, 7. æn. 55.
 4. æn. 141. Sed frons lata parum, * Læti clamore reportant 3. Ge. 375.
 6. æn. 863. Magnanimum Heroem * interea post terga revinctū, 2. æn. 57.
 6. æn. 307. Vidit ab adverso venientes * ipse Latinus, 12. æn. 707.
 12. æn. 446. Tum vero in curas animus diducitur omnes,
 5. æn. 720. Altius * inter se vario sermone ferebant. 6. æn. 160.
 2. Ge. 290. Nec latuere doli, * stolidi mendacia vulgi, ætna. 365.
 1. æn. 134. Invidia est. * Causas penitus tentare latentes 3. æn. 32.
 4. æn. 350. Sic prior aggreditur dictis, * cæcosque volutat 6. æn. 157.
 6. æn. 387. Eventus animo secum, * ipsum absumere ferro 4. æn. 601.
 6. æn. 158. Nec potuit, * sortemque animo miseratus iniquam. 6. æn. 332.
 9. Ge. 429. Tum vero assurgunt, * gens dura, atque aspera 5. æn. 730.
 12. æn. 494. cultu, 9. æn. 464.
 1. æn. 59. Illi indignantes, * acuunt rumoribus iras; 5. æn. 369.
 12. æn. 607. Turba furit : * magnoque virum se murmure tollit : 5. æn. 228.
 4. Ge. 90. Dede neci melior : * resonat clamoribus æther,
 3. Ge. 45. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit;
 5. æn. 228. Instigant studiisque * novas hinc spargere voces 2. æn. 98.

2. an. 99. In vulgum ambiguas: * denfantur in omnia poena, Cul. 232.
 4. an. 451. Mortem orant, * unoq; omnes eadem ore fremebat. 11. an. 132.
 2. Ge. 259. His animadversis, * sociis & Regé recepto, 1. an. 557.
 4. an. 452. Quo magis inceptum peragat * Rex ipse Latinus, 7. an. 556.
 12. an. 841. Annuit his, * omni verborum injuria dicto; Ciris. 159.
 5. an. 773. Cædere deinde jubet * Regem regumque parentem, 6. an. 765.
 10. Ecl. 25. Florentis ferulas * dedit insonitque flagello, 5. an. 579.
 5. an. 457. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc illa sinistra
 11. an. 698. Congeminant vulnus, * sævi monumenta doloris 12. an. 945.
 12. an. 507. Excipit in latus, & * vestigia foeda reliquunt, 3. an. 244.
 12. an. 431. Hinc atque hinc, * illinc humeros ad vulnera durat. 3. Ge. 257.
 2. an. 204. (Horresco referens) * circum caput egit honestum 2. Ge. 392.
 3. an. 594. Consertunt tegmen spinis, * miserabile visu. 1. an. 115.
 2. an. 274. Hei mihi, qualis erat, quantum * sua forma recessit! 11. an. 70.
 4. Ge. 406. Tum varie illudunt * laniatum corpore toto, 6. an. 494.
 1. an. 341. Purpureoque alte * que humeros innexus amictu, 7. an. 669.
 12. an. 265. Et Regem * læto focii clamore salutant. 3. an. 524.
 5. an. 394. Ille sub hæc, * tales effudit pectore voces: 5. an. 482.
 11. an. 14. Maxima res effecta, viri: * quid denique restat? 12. an. 793.
 10. an. 106. Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem. 2. an. 619.
 3. an. 543. Spes est pacis, ait, * finemque impone labori, 9. an. 428.
 9. an. 356. Poenarum exhaustum fatis est, * nihil iste nec ausus 1. an. 264.
 5. Ecl. 18. Judicio nostro, * neque me sententia vertit, 6. an. 343.
 3. Ge. 289. Nec sum animi dubius, * fallax haud ante repertus, 8. an. 573.
 4. an. 435. Extremam hanc oro veniam, * miserescite Regis. 6. an. 709.
 7. an. 323. Hæc ubi dicta dedit, * strepit omnis murmure
 campus,
 4. Ge. 261. Frigidus ut quondam sylvis immurmurat aufer,
 7. an. 583. Illicet infandum cuncti * simul ore fremebant, 1. an. 563.
 12. an. 228. Rumoresque serunt varios, * discordibus iræ, 9. an. 688.
 9. an. 688. Tum magis increscunt, * obtestanturque Latinum, 7. an. 576.
 9. an. 440. Quem circum glomerant, * præfenti morte reposcunt 8. an. 495.
 3. an. 495. Regem ad supplicium. * Cælum dehinc questibus
 implent,
 2. an. 222. Clamores simul horrendos, ad sidera tollunt:
 9. an. 694. Deseris inceptum, * rerumque oblite ruarum? 4. an. 267.

4. æn. 561. Nec, quæ circumstent te deinde pericula cernis ?
6. æn. 150. Heu nescis totamque incestat * funditus urbem ?
9. æn. 515. Nec jam sufficient, nam * te sententia fallit,
11. æn. 849. Morte luet, meritas * explebit sanguine pœnas.
4. æn. 282. Attonitus, * varia confusus imagine rerum,
9. æn. 294. Atque animus * magno curarum fluctuat æstu,
9. æn. 399. Quid faciatque * suo tristi cum corde volutat,
3. Ge. 47. Cæsaris & nomen * formidine crimen acerbat ;
9. æn. 603. Durum à stirpe genus * pietas nec mitigat ulla,
4. æn. 503. Ergo iussa parat, * Iuperi regnator Olympi
8. æn. 565. (Horrendum !) * falso damnatus crimine mortis.
6. æn. 236. His actis, propere exequitur, * cœcique furore
11. æn. 673. Præcipientes pariterque ruunt, * Romana propago,
1. Ge. 203. Atque illum in præceps prono rapit, * agmine facto,
3. Ge. 32. Dño & sacrilego * penebant sanguine pœnas,
10. æn. 132. Ipse inter medios, totaque ex urbe sequuntur
2. æn. 63. Undique visendi studio, * cum millibus ibat,
10. æn. 897. Et super hæc * humeris inimicum insigne gerebat,
12. æn. 492. Poplite subsidens : * nec respirare potestas,
- Ciris. 171. Multum illi incerto trepidant vestigia cursu.
6. æn. 634. Corripiunt spatium medium : * processerat ordo,
5. æn. 554. Frenatis lucetq; in Equis : * effusa Juventus,
6. æn. 306. Matres, atque viri * pueri, innuptæque puellæ
12. æn. 122. Agmina se fundunt, * mæsti comitantur honore
4. æn. 667. Lamentis, gemituque, & femineo ululatu.
9. æn. 787. Et * perculsa nova mentem formidine mater
6. Ecl. 10. Addit se sociam * vadentem passibus æquat,
11. æn. 90. Et lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.
12. æn. 72. Ne, quæso, ne me lacrymis, * (sic deinde locutus)
12. æn. 73. Prosequere, in duri certamina mortis euntem,
12. æn. 74. O Mater, * capiti ipsorum generique reservat,
10. æn. 864. Ultor, erit mecum, * Rex omnipotentis Olympi.
3. æn. 369. De venere locos : * humeris rejecit amictum,
4. æn. 475. Decrevitque mori ; * terræ defigitur arbos,
5. æn. 481. Sternitur, exanimisque tremens * & brachia tendēs,
2. Ecl. 12. (Quamquã animus meminisse horret, luctuq; refugit)
12. æn. 594.
10. æn. 608
7. æn. 766.
12. æn. 665.
8. æn. 19.
6. æn. 183.
11. æn. 407.
5. æn. 783.
2. æn. 779.
6. æn. 430.
2. æn. 244.
6. æn. 871.
8. æn. 595.
7. æn. 595.
4. æn. 592.
5. æn. 75.
12. æn. 944.
9. æn. 813.
11. æn. 94.
7. æn. 812.
6. æn. 307.
11. æn. 52.
4. Ge. 357.
6. æn. 263.
5. æn. 303.
8. æn. 484.
12. æn. 791.
5. æn. 421.
2. Ge. 290.
2. Ge. 296.

11. æn. 418. Procubuit moriens; * & mollia crura reponit,
 9. æn. 753. Collapsosque artus, * pedibus per mutua nexis
 8. æn. 227. Pendebat, vultumque vident morientis & ora.
 3. Ge. 311. Nec minus interea * ludunt risuque soluto:
 12. æn. 932. Utere sorte tua, (* rumpunt hac pectore vocem)
 4. Ge. 223. Si modo, quem perhibes, Pater est, * æterna potestas,
 2. æn. 661. Teque tuosque iuva, * (si quis modus,) eripe morti.
 10. æn. 618. Ille tamen, * quamquã in media iam morte tenetur,
 11. æn. 107. Prosequitur venia, & * Cœlum sperare iubebat.
 11. æn. 271. Nunc etiam * acta sitis miseros adduxerat artus,
 2. Ge. 218. Et bibit * ac tales effundit ad æthera voces:
 9. æn. 495. At tu magne Pater Divum * Rex optime Regum,
 3. æn. 711. Deseris, heu, tantis * hic me, Pater Optime, fessum?
 12. æn. 831. Irarum tantos volvis sub pectore fluctus?
 4. Ge. 325. Pulsus amor? * quonam nostri tibi cura recessit?
 4. æn. 208. Aspicias hæc? * quem das finem, Rex magne, laborum?
 6. æn. 46. Tempus, ait, Deus ecce, Deus, * miserere tuorum;
 10. æn. 525. Te precor hanc animam serves, * tua limina adirem,
 6. æn. 371. Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
 2. æn. 679. Talia vociferans * finem dedit ore loquendi.
 7. æn. 447. Diriguere oculi, * pallor simul occupat ora,
 3. æn. 631. Cervicem inflexam posuit, * lucemque reliquit,
 11. æn. 28. Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.
 3. æn. 39. Eloquar an sileam? gemitu, * quis talia fando
 2. æn. 362. Explicet, aut poscit lacrymis æquare labores?
 6. æn. 625. Non, mihi si linguæ centum sint; oraque centum,
 6. æn. 627. Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
 11. æn. 271. Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur.
 2. Ge. 478. Defectu solis * nigrescunt omnia circum,
 12. æn. 940. Ft * nebulae magis ima petunt, campoque recumbunt.
 12. Ge. 713. Dat gemitum tellus, * sylvæ intonuerunt profundæ,
 4. Ge. 260. Tum sonus auditur gravior, * quo maxima motu
 Terra tremit: fugere feræ, * & juga coepta moveri,
 3. æn. 416. Dissiluisse ferunt, * & vincula linea rupta,
 7. æn. 192. Tali intus templo, * miro quod honore colebant.
 11. æn. 451. Extemplo turbati animi concussaque vulgi


3. Ge. 76.
 7. æn. 66.
 10. æn. 821.
 2. Ge. 386.
 3. æn. 246.
 10. æn. 18.
 12. æn. 157.
 2. æn. 533.
 4. Ge. 325.
 3. Ge. 483.
 8. æn. 70.
 11. æn. 294.
 3. æn. 710.
 2. æn. 595.
 1. æn. 245.
 11. æn. 365.
 6. æn. 115.
 6. æn. 76.
 4. æn. 499.
 10. æn. 855.
 2. æn. 6.
 11. æn. 824.
 1. Ge. 401.
 7. æn. 515.
 1. Ge. 329.
 6. æn. 256.
 5. æn. 510.
 4. æn. 458.


- Pectora, & arrecti * nunc cassum lumine lugent;
 5. æn. 529. Attonitis hæere animis, * pavor ossaque & artus
 3. æn. 30. Membra quatit. ^{gelidus} * nec longo deinde moranti
 4. æn. 164. Tæsta metu petiere, * illum admirantur & omnes,
 9. æn. 659. Agnovere Deum proceres, * superosque precati.
 8. æn. 483. Quid memorem? * validis ingentem viribus hastam
 9. æn. 744. Intorquet summis adnixus * vulneris auctor,
 12. æn. 276. Transadigit costas, * cruçor hic de stipite manat.
 1. æn. 37. Tantæ molis erat * lapsi fareire ruinas,
 1. Ge. 506. Tam multæ scelerum facies, * quæ prima malorum
 4. æn. 170. Causa fuit: * sceleras tanta est injuria nostri.
 6. æn. 458. Funeris heu tibi causa fui: * per vulnera servor.
 4. Ge. 454. Magna lues commissa: * viri timor omnis abesto.
 3. æn. 495. Nobis parta quies; * sic nos in scepra reponit,
 6. æn. 395. Tartareum ille manu custodem in vincla petivit,
 2. Ge. 492. Subjecit pedibus; * cunctantæ restituit rem,
 7. æn. 536. Dum paci medium se offert * justissimus unus,
 12. æn. 879. Quo vitam dedit æternam * sedesque beatas.
 4. G. 205. Tantus amor, * quo non superat mihi carior alter;
 7. æn. 122. Hic domus, hæc patria est, * spes est solatia nostri.
 12. æn. 58. Tu requies miseris * mea vera & sola voluptas,
 10. æn. 849. Morte tua vivo * sedem veniemus in unam;
 2. æn. 149. Noster esis, * nostro doluisti sæpe dolore.
 1. æn. 605. Non opis est nostræque * viri pro talibus ausis
 11. æn. 358. Præmia posse rear * grates persolvere dignas.
 9. æn. 226. Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso,
 11. æn. 158. Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona,
 9. æn. 277. Vota, precesque meas; * sed te super omnia dona
 1. Ecl. 7. Accipio, & comitem casus complector in omnes.
 9. æn. 278. Namque erit ille mihi * curæ casusque levamen,
 4. æn. 336. Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
 1. æn. 15. Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regat artus,
 11. æn. 15. Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
 11. æn. 15. Quod super est * pacem hanc æterno fœdere junge!


2. æn. 85.
 7. æn. 458.
 3. Ge. 565.
 4. Ge. 215.
 5. æn. 529.
 2. æn. 50.
 9. æn. 748.
 3. æn. 43.
 4. Ge. 249.
 7. æn. 481.
 3. æn. 604.
 10. æn. 848.
 11. æn. 14.
 1. æn. 257.
 6. æn. 847.
 1. æn. 426.
 6. æn. 639.
 12. æn. 639.
 8. æn. 514.
 8. æn. 581.
 2. æn. 716.
 1. æn. 673.
 9. æn. 252.
 1. æn. 604.
 9. æn. 283.
 3. æn. 709.
 11. æn. 356.

שלום











www.books2ebooks.eu